Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mias

52

dyri ficus ficus bonas bonas valde · et malas · malas val
de que comedi nō possunt eo q̄ sint male Et factū est verbum
dni ad me dicens · hec dicit dnus deus israhel Sicut ficus hec bone
sic cognoscam de hiis qui sunt de iuda · quos emisi de loco isto in terram
chaldeorum in bonum · et ponam oculos meos super eos ad placandos et
educam eos in terram hanc et edificabo eos et non destruam et plantabo
eos et non euellam · et dabo eis cor ut sciant me q̄ ego sum dnus · et erunt
mihi in populum et ego ero eis in deum q̄ reuertentur ad me in toto corde suo
Et sicut ficus pessime q̄ comedi non possunt eo q̄ sint male hec
dicit dnus deus Sic dabo Sedechiam regem iuda et principes eius et
reliquos de ierusalem q̄ remanserunt in urbe hac et q̄ habitant in terra
egipti Et dabo eos in vexationem afflictionemq̄ omnibus regnis terre
in opprobrium et in parabolam et in proverbium et in maledictum in omnibus
locis ad q̄ eiecti sunt Et mittam in eis gladium et famem et pestem donec
consumantur de terra quam dedi eis et patribus eorum

XXV

Verbum quod factum est ad Jeremiam de omni populo iuda in anno quarto
Joachim filii Josie regis iuda ipse est annus primus Na
buchodonosor regis babilonis qui locutus est Jeremias propheta ad
omnem populum iuda et ad universos habitatores ierusalem dicens
A tertiodecimo anno regis Josie filii Amon regis iuda usque ad
diem hanc iste est tertius et viginti anni factum est verbum dni
ad me et locutus sum ad vos de nocte consurgens et loquens et
non audistis Et misit dnus ad vos omnes seruos suos prophetas con
surgens diluculo mittensque et non audistis Neque inclinastis
aures vras ut audiretis dicit Reuertimini unusquisque a via
sua mala et a pessimis cogitationibus vris et habitabitis in terra
quam dedit dnus nobis et patribus vris a seculo et usque in seculum
Et nolite ire post deos alienos ut seruiatis eis adoretisque eos ne
me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum vrarum in malum vestrum
propterea hec dicit dnus exercituum Pro eo q̄ non audistis verba mea ecce
ego mittam et assumam universas cognationes aquilonis dicit dnus
et Nabuchodonosor regem babilonis seruum meum et adducam eos
super terram istam et super habitatores eius et super omnes nationes q̄ in circuitu illius
sunt et mediabo eos · et ponam eos in stupor et in sibilum et in solitudines